Jo. 2:16	And to them that sold doves he said: Take these things hence, and make not the house of my Father a house of traffic.	et his qui columbas vendebant dixit auferte ista hinc nolite facere domum Patris mei domum negotiationis	et his qui columbas vendebant dixit auferte ista hinc, et nolite facere domum patris mei domum negotiationis.
<b>22: X</b>			
Jo. 2:17	And his disciples remembered, that it was written: The zeal of thy house hath eaten me up.	recordati vero sunt discipuli eius quia scriptum est zelus domus tuae comedit me	Recordati vero sunt discipuli eius quia scriptum est: zelus domus tue comedit me.
<b>23: IIII</b>			
Jo. 2:18	The Jews, therefore, answered, and said to him: What sign dost thou shew unto us, seeing thou dost these things?	responderunt ergo Iudaei et dixerunt ei quod signum ostendis nobis quia haec facis	Responderunt ergo Iudaei et dixerunt ei: quod signum ostendis nobis, quia haec facis?
<b>24: X</b>			
Jo. 2:19	Jesus answered and said to them: Destroy this temple; and in three days I will raise it up.	respondit Iesus et dixit eis solvite templum hoc et in tribus diebus excitabo illud	Respondit Iesus et dixit eis: solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud.
Jo. 2:20	The Jews then said: Six and forty years was this temple in building; and wilt thou raise it up in three days?	dixerunt ergo Iudaei quadraginta et sex annis aedificatum est templum hoc et tu tribus diebus excitabis illud	Dixerunt ergo Iudei: XL et VI annis aedificatum est templum hoc, et tu tribus diebus excitabis illud?
Jo. 2:21	But he spoke of the temple of his body.	ille autem dicebat de templo corporis sui	Ille autem dicebat de templo corporis sui.
<b>Section 19</b>			
Jo. 3:1	And there was a man of the Pharisees, named Nicodemus, a ruler of the Jews.	erat autem homo ex Pharisaeis Nicodemus nomine princeps Iudaeorum	Erat autem homo ex Pharisaeis, Nicodemus nomine, princeps Iudaeorum.

Jo. 3:2	This man came to Jesus by night and said to him: Rabbi, we know that thou art come a teacher from God; for no man can do these signs which thou dost, unless God be with him.	hic venit ad eum nocte et dixit ei rabbi scimus quia a Deo venisti magister nemo enim potest haec signa facere quae tu facis nisi fuerit Deus cum eo	Hic venit ad eum nocte et dixit ei: rabbi, scimus quia a deo venisti magister: nemo potest haec signa facere quae tu facis, nisi fuerit deus cum eo.
Jo. 3:3	Jesus answered and said to him: Amen, amen, I say to thee, unless a man be born again, he cannot see the kingdom of God.	respondit Iesus et dixit ei amen amen dico tibi nisi quis natus fuerit denuo non potest videre regnum Dei	Respondit Ihesus et dixit ei: amen amen dico tibi, nisi quis natus fuerit denuo, non potest videre regnum dei.
Jo. 3:4	Nicodemus saith to him: How can a man be born when he is old? Can he enter a second time into his mother's womb and be born again?	dicit ad eum Nicodemus quomodo potest homo nasci cum senex sit numquid potest in ventrem matris suae iterato introire et nasci	Dicit ad eum Nicodemus: quomodo potest homo nasci cum senex sit? numquid potest in ventrem matris suae iterato introire et nasci?
Jo. 3:5	Jesus answered: Amen, amen, I say to thee, unless a man be born again of water and the Holy Ghost, he cannot enter into the kingdom of God.	respondit Iesus amen amen dico tibi nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu non potest introire in regnum Dei	Respondit Ihesus: amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non potest introire in regnum dei.
Jo. 3:6	That which is born of the flesh is flesh: and that which is born of the Spirit is spirit.	quod natum est ex carne caro est et quod natum est ex Spiritu spiritus est	Quod natum est ex carne caro est, et quod natum est ex spiritu spiritus est.
Jo. 3:7	Wonder not that I said to thee: You must be born again.	non mireris quia dixi tibi oportet vos nasci denuo	Non mireris quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo.
Jo. 3:8	The Spirit breatheth where he will and thou hearest his voice: but thou knowest not whence he cometh and whither he goeth. So is every one that is born of the Spirit.	Spiritus ubi vult spirat et vocem eius audis sed non scis unde veniat et quo vadat sic est omnis qui natus est ex Spiritu	Spiritus ubi vult spirat, et vocem eius audis, sed non scis unde veniat et quo vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu.
Jo. 3:9	Nicodemus answered and said to him: How can these things be done?	respondit Nicodemus et dixit ei quomodo possunt haec fieri	Respondit Nicodemus et dixit ei: quomodo possunt haec fieri?
Jo. 3:10	Jesus answered and said to him: Art thou a master in Israel, and knowest not these things?	respondit Iesus et dixit ei tu es magister Israhel et haec ignoras	Respondit Ihesus et dixit ei: tu es magister in Israhel et haec ignoras?
Jo. 3:11	Amen, amen, I say to thee that we speak what we know and we testify what we have seen: and you receive not our testimony.	amen amen dico tibi quia quod scimus loquimur et quod vidimus testamur et testimonium nostrum non accipitis	Amen amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, et quod vidimus testamur, et testimonium nostrum non accipitis.
Jo. 3:12	If I have spoken to you earthly things, and you believe not: how will you believe, if I shall speak to you heavenly things?	si terrena dixi vobis et non creditis quomodo si dixero vobis caelestia credetis	Si terrena dixi vobis et non creditis, quomodo si dixero vobis caelestia credetis?
Jo. 3:13	And no man hath ascended into heaven, but he that descended from heaven, the Son of man who is in heaven.	et nemo ascendit in caelum nisi qui descendit de caelo Filium hominis qui est in caelo	Et nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, filius hominis qui est in caelo.
Jo. 3:14	And as Moses lifted up the serpent in the desert, so must the Son of man be lifted up:	et sicut Moses exaltavit serpentem in deserto ita exaltari oportet Filium hominis	Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis,
Jo. 3:15	That whosoever believeth in him may not perish, but may have life everlasting.	ut omnis qui credit in ipso non pereat sed habeat vitam aeternam	ut omnis qui credit in ipso non pereat, sed habeat vitam aeternam.
Jo. 3:16	For God so loved the world, as to give his only begotten Son: that whosoever believeth in him may not perish, but may have life everlasting.	sic enim dilexit Deus mundum ut Filium suum unigenitum daret ut omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam aeternam	Sic enim dilexit deus mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam aeternam.
Jo. 3:17	For God sent not his Son into the world, to judge the world: but that the world may be saved by him.	non enim misit Deus Filium suum in mundum ut iudicet mundum sed ut salvetur mundus per ipsum	Non enim misit deus filium suum in mundum ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum.
Jo. 3:18	He that believeth in him is not judged. But he that doth not believe is already judged: because he believeth not in the name of the only begotten Son of God.	qui credit in eum non iudicatur qui autem non credit iam iudicatus est quia non credidit in nomine unigeniti Filii Dei	Qui credit in eum non iudicatur, qui autem non credit iam iudicatus est, quia non credidit in nomine unigeniti filii dei.
Jo. 3:19	And this is the judgment: Because the light is come into the world and men loved darkness rather than the light: for their works were evil.	hoc est autem iudicium quia lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem erant enim eorum mala opera	Hoc est autem iudicium, quod lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem; erant enim eorum mala opera.
Jo. 3:20	For every one that doth evil hateth the light and cometh not to the light, that his works may not be reproved.	omnis enim qui mala agit odit lucem et non venit ad lucem ut non arguantur opera eius	Omnis enim qui mala agit odit lucem, et non venit ad lucem, ut non arguantur opera eius;

Jo. 3:21	But he that doth truth cometh to the light, that his works may be made manifest: because they are done in God.	qui autem facit veritatem venit ad lucem ut manifestentur eius opera quia in Deo sunt facta	qui autem facit veritatem venit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia a deo sunt facta.
<b>Section 20</b>			
Jo. 7:53	And every man returned to his own house.	et reversi sunt unusquisque in domum suam	Et reversi sunt unusquisque in domum suam.
Jo. 8:1	And Jesus went unto mount Olivet.	Iesus autem perrexit in montem Oliveti	Ihesus autem perrexit in montem Oliveti,
Jo. 8:2	And early in the morning he came again into the temple: and all the people came to him. And sitting down he taught them.	et diluculo iterum venit in templum et omnis populus venit ad eum et sedens docebat eos	et diluculo iterum venit in templum, et omnis populus venit ad eum, et sedens docebat eos.
Jo. 8:3	And the scribes and Pharisees bring unto him a woman taken in adultery: and they set her in the midst,	adducunt autem scribae et Pharisaei mulierem in adulterio deprehensam et statuerunt eam in medio	Adducunt autem scribae et Pharisaei mulierem in adulterio deprehensam et statuerunt eam in medio
Jo. 8:4	And said to him: Master, this woman was even now taken in adultery.	et dixerunt ei magister haec mulier modo deprehensa est in adulterio	Et dixerunt ei: magister, haec mulier modo deprehensa est in adulterio.
Jo. 8:5	Now Moses in the law commanded us to stone such a one. But what sayest thou?	in lege autem Moses mandavit nobis huiusmodi lapidare tu ergo quid dicis	In lege autem Moyses mandavit nobis huiusmodi lapidare: tu ergo quid dicis?
Jo. 8:6	And this they said tempting him, that they might accuse him. But Jesus bowing himself down, wrote with his finger on the ground.	haec autem dicebant temptantes eum ut possent accusare eum Iesus autem inclinans se deorsum digito scribebat in terra	Haec autem dicebant temptantes eum, ut possent accusare eum. Ihesus autem inclinans se deorsum digito scribebat in terra.
Jo. 8:7	When therefore they continued asking him, he lifted up himself and said to them: He that is without sin among you, let him first cast a stone at her.	cum autem perseverarent interrogantes eum erexit se et dixit eis qui sine peccato est vestrum primus in illam lapidem mittat	Cum autem perseverarent interrogantes eum, erexit se et dixit eis: qui sine peccato est vestrum primus in illam lapidem mittat.
Jo. 8:8	And again stooping down, he wrote on the ground.	et iterum se inclinans scribebat in terra	Et iterum se inclinans scribebat in terra.
Jo. 8:9	But they hearing this, went out one by one, beginning at the eldest. And Jesus alone remained, and the woman standing in the midst.	audientes autem unus post unum exiebant incipientes a senioribus et remansit solus et mulier in medio stans	Audientes autem unus post unum exibant incipientes a senioribus, et remansit solus et mulier in medio stans.
Jo. 8:10	Then Jesus lifting up himself, said to her: Woman, where are they that accused thee? Hath no man condemned thee?	erigens autem se Iesus dixit ei: mulier ubi <b>sunt nemo</b> te condemnavit	Erigens autem se Ihesus dixit ei: mulier, ubi <b>sunt qui te accusabant?</b> nemo te condemnavit?
Jo. 8:11	Who said: No man, Lord. And Jesus said: Neither will I condemn thee. Go, and now sin no more.	quae dixit nemo Domine dixit autem Iesus nec ego te condemnabo vade et amplius iam noli peccare	Quae dixit: nemo, domine. Dixit autem Ihesus: nec ego te condemnabo. Vade et amplius noli peccare.
<b>Section 21</b>			
Jo. 7:32a	The Pharisees heard the people murmuring these things concerning him:	audierunt Pharisaei turbam murmurantem de illo haec	Audierunt Pharisaei turbam murmurantem de illo haec,
Jo. 7:32b	and the rulers and Pharisees sent ministers to apprehend him.	<b>Canon 79: I</b> et miserunt principes et Pharisaei ministros ut adprehenderent eum	et miserunt principes et Pharisaei ministros, ut adprehenderent eum.
Jo. 7:33	Jesus therefore said to them: Yet a little while I am with you: and then I go to him that sent me.	<b>Canon 80: X</b> dixit ergo Iesus adhuc modicum tempus vobiscum sum et vado ad eum qui misit me	Dixit ergo Ihesus: adhuc modicum tempus vobiscum sum et vado ad eum qui me misit.
Jo. 7:34	You shall seek me and shall not find me: and where I am, thither you cannot come.	<b>Canon 81: X</b> quaeritis me et non inveniatis et ubi sum ego vos non potestis venire	Quaeritis me et non inveniatis, et ubi sum ego vos non potestis venire.
Jo. 7:35	The Jews therefore said among themselves: Whither will he go, that we shall not find him? Will he go unto the dispersed among the Gentiles and teach the Gentiles?	dixerunt ergo Iudaei ad se ipsos quo hic iturus est quia non inveniemus eum numquid in dispersionem gentium iturus est et docturus gentes	Dixerunt ergo Iudaei ad se ipsos: quo hic iturus est, quia non inveniemus eum? numquid in dispersionem gentium iturus est et docturus gentes?
Jo. 7:36	What is this saying that he hath said: You shall seek me and shall not find me? And: Where I am, you cannot come?	quis est hic sermo quem dixit quaeritis me et non inveniatis et ubi sum ego non potestis venire	Quis est hic sermo quem dixit: quaeritis me et non inveniatis, et ubi sum ego vos non potestis venire?
Jo. 7:37	And on the last, and great day of the festivity, Jesus stood and cried, saying: If any man thirst, let him come to me and drink.	in novissimo autem die magno festivitatis stabat Iesus et clamabat dicens si quis sitit veniat ad me et bibat	In novissimo autem die magnae festivitatis stabat Ihesus et clamabat dicens: qui sitit veniat ad me et bibat!
Jo. 7:38	He that believeth in me, as the scripture saith: Out of his belly shall flow rivers of living water.	qui credit in me sicut dicit scriptura flumina de ventre eius fluent aquae vivae	Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquae vivae.

Jo. 7:39	Now this he said of the Spirit which they should receive who believed in him: for as yet the Spirit was not given, because Jesus was not yet glorified.	hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum non enim erat <b>Spiritus quia</b> Iesus nondum fuerat glorificatus	Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum: non enim erat spiritus <b>datus</b> , quia Ihesus nondum fuerat glorificatus.
Jo. 7:40	Of that multitude therefore, when they had heard these words of his, some said: This is the prophet indeed.	<b>Canon 82: VII</b> ex illa ergo turba cum audissent hos sermones eius dicebant hic est vere propheta	Ex illa ergo turba cum audissent hos sermones eius dicebant: hic est vere propheta.
Jo. 7:41a	Others said: This is the Christ.	alii dicebant hic est Christus	Alii dicebant: hic est Christus.
Jo. 7:41b	But some said: Doth the Christ come out of Galilee?	<b>Canon 83: VII</b> quidam autem dicebant numquid a Galilaea Christus venit	Quidam autem dicebant: numquid a Galilea Christus venit?
Jo. 7:42	Doth not the scripture say: That Christ cometh of the seed of David and from Bethlehem the town where David was?	nonne scriptura dicit quia ex semine David et Bethleem castello ubi erat David venit Christus	Nonne dicit scriptura, quia ex semine David et de Bethleem castello, ubi erat David, venit Christus?
Jo. 7:43	So there arose a dissension among the people because of him.	<b>Canon 84: X</b> dissensio itaque facta est in turba propter eum	Dissensio itaque facta est in turba propter eum.
Jo. 7:45	The ministers therefore came to the chief priests and the Pharisees. And they said to them: Why have you not brought him?	<b>Canon 86: X</b> venerunt ergo ministri ad pontifices et Phariseos et dixerunt eis illi quare non adduxistis eum	Venerunt ergo ministri ad pontifices et Phariseos, et dixerunt eis illi: quare non adduxistis illum?
Jo. 7:46	The ministers answered: Never did man speak like this man.	responderunt ministri numquam sic locutus est homo sicut hic homo	Responderunt ministri: numquam sic locutus est homo sicut hic homo.
Jo. 7:47	The Pharisees therefore answered them: Are you also seduced?	responderunt ergo eis Pharisei numquid et vos seducti estis	Responderunt ergo eis Pharisei: numquid et vos seducti estis?
Jo. 7:48	Hath any one of the rulers believed in him, or of the Pharisees?	numquid aliquis ex principibus credit in eum aut ex Phariseis	Numquid aliquis ex principibus credit in eum aut ex Phariseis?
Jo. 7:49	But this multitude, that knoweth not the law, are accursed.	sed turba haec quae non novit legem maledicti sunt	Sed turba haec quae non novit legem maledicti sunt.
Jo. 7:50	Nicodemus said to them (he that came to him by night, who was one of them):	dicit Nicodemus ad eos ille qui venit ad eum nocte qui unus erat ex ipsis	Dicit Nicodemus ad eos, ille qui venit ad eum nocte, qui unus erat ex ipsis:
Jo. 7:51	Doth our law judge any man, unless it first hear him and know what he doth?	numquid lex nostra iudicat hominem nisi audierit ab ipso prius et cognoverit quid faciat	numquid lex nostra iudicat hominem, nisi audierit ab ipso prius et cognoverit quid faciat?
Jo. 7:52	They answered and said to him: Art thou also a Galilean? Search the scriptures, and see that out of Galilee a prophet riseth not.	responderunt et dixerunt ei numquid et tu Galilaeus es scrutare et vide quia propheta a Galilaea non surgit	Responderunt et dixerunt ei: numquid et tu Galileus es? Scrutare et vide quia propheta a Galilea non surgit.
Jo. 8:12	Again therefore, Jesus spoke to them, saying: I am the light of the world. He that followeth me walketh not in darkness, but shall have the light of life.	<b>Section 22</b> iterum ergo locutus est eis Iesus dicens ego sum lux mundi qui sequitur me non ambulabit in tenebris sed habebit lucem vitae	Iterum locutus est eis Iesus dicens: ego sum lux mundi. Qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lucem vitae.
Jo. 8:13	The Pharisees therefore said to him: Thou givest testimony of thyself. Thy testimony is not true.	dixerunt ergo ei Pharisei tu de te ipso testimonium perhibes testimonium tuum non est verum	Dixerunt ei Pharisei: tu de te ipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum.
Jo. 8:14	Jesus answered and said to them: Although I give testimony of myself, my testimony is true: for I know whence I came and whither I go: but you know not whence I come or whither I go.	respondit Iesus et dixit eis <b>et si</b> ego testimonium perhibeo de me ipso verum est testimonium meum quia scio unde veni et quo vado vos autem nescitis unde venio aut quo vado	Respondit Iesus et dixit eis: <b>etsi</b> ego testimonium perhibeo de me ipso, verum est testimonium meum, quia scio unde veni et quo vado: vos autem nescitis unde venio aut quo vado.
Jo. 8:15	You judge according to the flesh: I judge not any man.	vos secundum carnem iudicatis ego non iudico quemquam	Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quemquam.
Jo. 8:16	<b>Although</b> I do judge, my judgment is true: because I am not alone, but I and the Father that sent me.	<b>et si</b> iudico ego iudicium meum verum est quia solus non sum sed ego et qui me misit Pater	<b>Etsi</b> iudico ego, iudicium meum verum est, quia solus non sum, sed ego et qui misit me pater.
Jo. 8:17	And in your law it is written that the testimony of two men is true.	et in lege vestra scriptum est quia duorum hominum testimonium verum est	Et in lege vestra scriptum est: duorum hominum testimonium verum est.
Jo. 8:18	I am one that give testimony of myself: and the Father that sent me giveth testimony of me.	ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso et testimonium perhibet de me qui misit me Pater	Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso, et testimonium perhibet de me qui misit me pater.
Jo. 8:19a	They said therefore to him: Where is thy Father? Jesus answered: Neither me do you know, nor my Father.	dicebant ergo ei ubi est Pater tuus respondit Iesus neque me scitis neque Patrem meum	Dicebant ergo ei: ubi est pater tuus? Respondit Iesus: neque me scitis neque patrem meum:

	<b>Canon 87: III</b>	
Jo. 8:19b	If you did know me, perhaps you would know my Father also.	si me sciretis forsitan et Patrem meum sciretis
	<b>Canon 89: X</b>	
Jo. 8:21	I go: and you shall seek me. And you shall die in your sin. Whither I go, you cannot come.	<b>dixit ergo iterum eis Iesus</b> ego vado et quaeritis me et in peccato vestro moriemini quo ego vado vos non potestis venire
Jo. 8:22	The Jews therefore said: Will he kill himself, because he said: Whither I go you cannot come?	dicebant ergo Iudaei numquid interficiet semet ipsum quia dicit quo ego vado vos non potestis venire
Jo. 8:23	And he said to them: You are from beneath: I am from above. You are of this world: I am not of this world.	et dicebat eis vos de deorsum estis ego de supernis sum vos de mundo hoc estis ego non sum de hoc mundo
Jo. 8:24	Therefore I said to you that you shall die in your sins. For if you believe not that I am he, you shall die in your sin.	dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis vestris: si enim non credideritis quia ego sum moriemini in peccato vestro
Jo. 8:25	They said therefore to him: Who art thou? Jesus said to them: <b>The first thing (is) that also I speak unto you</b> <sup>3</sup>	dicebant ergo ei tu quis es dixit eis Iesus principium quia et loquor vobis
Jo. 8:26	Many things I have to speak and to judge of you. But he that sent me, is true: and the things I have heard of him, these same I speak in the world.	multa habeo de vobis loqui et iudicare sed qui misit me verax est et ego quae audivi ab eo haec loquor in mundo
Jo. 8:27	And they understood not that he called God his Father.	et non cognoverunt quia Patrem eis dicebat
Jo. 8:28	Jesus therefore said to them: When you shall have lifted up, the Son of man, then shall you know that I am he and that I do nothing of myself. But as the Father hath taught me, these things I speak.	dixit ergo eis Iesus cum exaltaveritis Filium hominis tunc cognoscetis quia ego sum et a me ipso facio nihil sed sicut docuit me Pater haec loquor
Jo. 8:29	And he that sent me is with me: and he hath not left me alone. For I do always the things that please him.	et qui me misit mecum est non reliquit me solum quia ego quae placita sunt ei facio semper
Jo. 8:30	When he spoke these things, many believed in him.	haec illo loquente multi crediderunt in eum
Jo. 8:31	Then Jesus said to those Jews who believed him: If you continue in my word, you shall be my disciples indeed.	dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderunt ei Iudaeos si vos manseritis in sermone meo vere discipuli mei eritis
Jo. 8:32	And you shall know the truth: and the truth shall make you free.	et cognoscetis veritatem et veritas liberabit vos
Jo. 8:33	They answered him: We are the seed of Abraham: and we have never been slaves to any man. How sayest thou: You shall be free?	responderunt ei semen Abrahæ sumus et nemini servivimus umquam quomodo tu dicis liberi eritis
Jo. 8:34	Jesus answered them: Amen, amen, I say unto you that whosoever committeth sin is the servant of sin.	respondit eis Iesus amen amen dico vobis quia omnis qui facit peccatum servus est peccati
Jo. 8:35	Now the servant abideth not in the house for ever: but the son abideth for ever.	servus autem non manet in domo in aeternum filius manet in aeternum
Jo. 8:36	If therefore the son shall make you free, you shall be free indeed.	si ergo Filius vos liberaverit vere liberi eritis
Jo. 8:37	I know that you are the children of Abraham: but you seek to kill me, because my word hath no place in you.	scio quia filii Abrahæ estis sed quaeritis me interficere quia sermo meus non capit in vobis
Jo. 8:38	I speak that which I have seen with my Father: and you do the things that you have seen with your father.	ego quod vidi apud Patrem loquor et vos quae vidistis apud patrem vestrum facitis
Jo. 8:39	They answered and said to him: Abraham is our father. Jesus saith them: If you be the children of Abraham, do the works of Abraham.	responderunt et dixerunt ei pater noster Abraham est dicit eis Iesus si filii Abrahæ estis opera Abrahæ facite
		<b>Introduction not witnessed</b> Ego vado et quaeritis me et in peccato vestro moriemini. Quo ego vado vos non potestis venire. Dicebant ergo Iudaei: numquid interficiet semetipsum, quia dicit: quo ego vado vos non potestis venire? Et dicebat eis: vos de deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis vestris: si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro. Dicebant ergo ei: tu quis es? Dixit eis Ihesus: principium (est), quia et loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui et iudicare. Sed qui misit me verax est, et ego quae audivi ab eo haec loquor in mundo. Et non cognoverunt quia patrem eis dicebat deum. Dixit ergo eis Ihesus: cum exaltaveritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum et a me ipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, haec loquor. Et qui me misit mecum est: non relinquit me solum, quia ego quae placita sunt ei facio semper. Haec illo loquente multi crediderunt in eum. Dicebat ergo Ihesus ad eos qui crediderunt ei Iudaeos: si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis et cognoscetis veritatem et veritas liberavit vos. Responderunt ei: semen Abrahæ sumus et nemini servivimus umquam: quomodo tu dicis: liberi eritis? Respondit eis Ihesus: amen amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum servus est peccati. Servus autem non manet in domo in aeternum: filius manet in aeternum. Si ergo filius vos liberaverit, vere liberi eritis. Scio quia filii Abrahæ estis: sed quaeritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud patrem loquor, et vos quae vidistis apud patrem vestrum facitis. Responderunt et dixerunt ei: pater noster Abraham est. Dicit eis Ihesus: si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.

Jo. 8:40	But now you seek to kill me, a man who have spoken the truth to you, which I have heard of God. This Abraham did not.	nunc autem quaeritis me interficere hominem qui veritatem vobis locutus sum quam audivi a Deo hoc Abraham non fecit	Nunc autem quaeritis me interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum quam audivi a deo: hoc Abraham non fecit.
Jo. 8:41	You do the works of your father. They said therefore to him: We are not born of fornication: we have one Father, even God.	vos facitis opera patris vestri dixerunt itaque ei nos ex fornicatione non sumus nati unum patrem habemus Deum	Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaque ei: nos ex fornicatione non sumus nati: unum patrem habemus, deum.
Jo. 8:42	Jesus therefore said to them: If God were your Father, you would indeed love me. For from God I proceeded and came. For I came not of myself: but he sent me.	dixit ergo eis Iesus si Deus pater vester esset diligeretis utique me ego enim ex Deo processi et veni neque enim a me ipso veni sed ille me misit	Dixit ergo eis Ihesus: si deus pater vester esset, diligeretis utique me. Ego enim ex deo processi et veni, neque enim ex me ipso veni, sed ille me misit.
Jo. 8:43	Why do you not know my speech? Because you cannot hear my word.	quare loquellam meam non cognoscitis quia non potestis audire sermonem meum	Quare loquellam meam non cognoscitis? quia non potestis audire sermonem meum.
Jo. 8:44	You are of your father the devil: and the desires of your father you will do. He was a murderer from the beginning: and he stood not in the truth, because truth is not in him. When he speaketh a lie, he speaketh of his own: for he is a liar, and the father thereof.	vos ex patre diabolo estis et desideria patris vestri vultis facere ille homicida erat ab initio et in veritate non stetit quia non est veritas in eo cum loquitur mendacium ex propriis loquitur quia mendax est et pater eius	Vos ex patre diabolo estis et desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio et in veritate non stetit, quia non est veritas in eo: cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est et pater eius.
Jo. 8:45	But if I say the truth, you believe me not.	ego autem quia veritatem dico non creditis mihi	Ego autem quia veritatem dico, non creditis mihi.
Jo. 8:46	Which of you shall convince me of sin? If I say the truth to you, why do you not believe me:	quis ex vobis arguit me de peccato si veritatem dico quare vos non creditis mihi	Quis ex vobis arguit me de peccato? Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi?
Jo. 8:47	He that is of God heareth the words of God. Therefore you hear them not, because you are not of God.	qui est ex Deo verba Dei audit propterea vos non auditis quia ex Deo non estis	Qui est ex deo verba dei audit; propterea vos non auditis, quia ex deo non estis.
Jo. 8:48	The Jews therefore answered and said to him: Do not we say well that thou art a Samaritan and hast a devil?	responderunt igitur Iudaei et dixerunt ei nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu et daemonium habes	Responderunt igitur Iudaei et dixerunt ei: nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu et demonium habes?
Jo. 8:49	Jesus answered: I have not a devil: but I honour my Father. And you have dishonoured me.	respondit Iesus ego daemonium non habeo sed honorifico Patrem meum et vos inhonoratis me	Respondit Ihesus: ego demonium non habeo, sed honorifico patrem meum et vos inhonorastis me.
Jo. 8:50	But I seek not my own glory: there is one that seeketh and judgeth.	ego autem non quaero gloriam meam est qui quaerit et iudicat	Ego autem non quaero gloriam meam: est qui quaerat et iudicet.
Jo. 8:51	Amen, amen, I say to you: If any man keep my word, he shall not see death for ever.	amen amen dico vobis si quis sermonem meum servaverit mortem non videbit in aeternum	Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in aeternum.
Jo. 8:52	The Jews therefore said: Now we know that thou hast a devil. Abraham is dead, and the prophets: and thou sayest: If any man keep my word, he shall not taste death for ever.	dixerunt ergo Iudaei nunc cognovimus quia daemonium habes Abraham mortuus est et prophetae et tu dicis si quis sermonem meum servaverit non gustabit mortem in aeternum	Dixerunt ergo Iudaei: nunc cognovimus quia demonium habes: Abraham mortuus est et prophetae, et tu dicis: si quis sermonem meum servaverit, non gustavit mortem in aeternum.
Jo. 8:53	Art thou greater than our father Abraham who is dead? And the prophets are dead. Whom dost thou make thyself?	Numquid tu maior es patre nostro Abraham qui mortuus est et prophetae mortui sunt quem te ipsum facis	Numquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? et prophetae mortui sunt. Quem te ipsum facis?
Jo. 8:54	Jesus answered: If I glorify myself, my glory is nothing. It is my Father that glorifieth me, of whom you say that he is your God.	respondit Iesus si ego glorifico me ipsum gloria mea nihil est est Pater meus qui glorificat me quem vos dicitis quia Deus noster est	Respondit Ihesus: si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est: est pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis quia deus noster est,
Jo. 8:55	And you have not known him: but I know him. And if I shall say that I know him not, I shall be like to you, a liar. But I do know him and do keep his word.	et non cognovistis eum ego autem novi eum et si dixerero quia non scio eum ero similis vobis mendax sed scio eum et sermonem eius servo	et non cognovistis eum; ego autem novi eum, et si dixerero quia non scio eum, ero similis vobis mendax; sed scio eum et sermonem eius servo.
Jo. 8:56	Abraham your father rejoiced that he might see my day: he saw it and was glad.	Abraham pater vester exultavit ut videret diem meum et vidit et gavisus est	Abraham pater vester exultavit ut videret diem meum, et vidit et gavisus est.
Jo. 8:57	The Jews therefore said to him: Thou art not yet fifty years old. And hast thou seen Abraham?	dixerunt ergo Iudaei ad eum quinquaginta annos nondum habes et Abraham vidisti	Dixerunt ergo Iudei ad eum: quinquaginta annos nondum habes et Abraham vidisti?
Jo. 8:58	Jesus said to them: Amen, amen, I say to you, before Abraham was made, I AM.	dixit eis Iesus amen amen dico vobis antequam Abraham fieret ego sum	Dixit eis Ihesus: amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum.
Jo. 8:59	They took up stones therefore to cast at him. But Jesus hid himself and went out of the temple.	tulerunt ergo lapides ut iacerent in eum Iesus autem abscondit se et exivit de templo	Tulerunt ergo lapides ut iacerent in eum. Iesus autem abscondit se et exivit de templo.
Jo. 9:1	And Jesus passing by, saw a man who was blind from his birth.	et praeteriens vidit hominem caecum a nativitate	Et praeteriens vidit hominem caecum a nativitate.

Jo. 9:2	And his disciples asked him: Rabbi, who hath sinned, this man or his parents, that he should be born blind?	et interrogaverunt eum discipuli sui rabbi quis peccavit hic aut parentes eius ut caecus nasceretur	Et interrogaverunt eum discipuli eius: rabbi, quis peccavit, hic aut parentes eius, ut caecus nasceretur?
Jo. 9:3	Jesus answered: Neither hath this man sinned, nor his parents; but that the works of God should be made manifest in him.	respondit Iesus neque hic peccavit neque parentes eius sed ut manifestetur opera Dei in illo	Respondit Ihesus: neque hic peccavit neque parentes eius, sed ut manifestetur opus dei in illo.
Jo. 9:4	I must work the works of him that sent me, whilst it is day: the night cometh, when no man can work.	me oportet operari opera eius qui misit me donec dies est venit nox	Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est: venit
Jo. 9:5	As long as I am in the world, I am the light of the world.	quando nemo potest operari quamdiu in mundo sum lux sum mundi	noxa, quando nemo potest operari. Quamdiu in mundo sum, lux sum mundi.
Jo. 9:6	When he had said these things, he spat on the ground and made clay of the spittle and spread the clay upon his eyes,	haec cum dixisset expuit in terram et fecit lutum ex sputo et linuit lutum super oculos eius	Haec cum dixisset, expuit in terram et fecit lutum ex sputo et levit lutum super oculos eius
Jo. 9:7	And said to him: Go, wash in the pool of Siloe, which is interpreted, Sent. He went therefore and washed: and he came seeing.	et dixit ei vade lava in natatoria Siloae quod interpretatur Missus abiit ergo et lavit et venit videns	et dixit ei: vade, lava in natatoria Siloae, quod interpretatur missus. Abiit ergo et lavit et venit videns.
Jo. 9:8	The neighbours, therefore, and they who had seen him before that he was a beggar, said: Is not this he that sat and begged? Some said: This is he.	itaque vicini et qui videbant eum prius quia mendicus erat dicebant nonne hic est qui sedebat et mendicabat alii dicebant quia hic est	Itaque vicini et qui videbant eum prius, quia mendicus erat, et dicebant, nonne hic est qui sedebat et mendicabat? Alii dicebant, quia hic est,
Jo. 9:9	But others: <b>By no means</b> , but he is like him. But he said: I am he.	alii autem <b>nequaquam</b> sed similis est eius <b>ille dicebat</b> quia ego sum	alii autem: <b>nequaquam</b> , sed similis est eius. Ille <b>autem</b> dicebat: quia ego sum.
Jo. 9:10	They said therefore to him: How were thy eyes opened?	dicebant ergo ei quomodo aperti sunt oculi tibi	Dicebant ergo ei: quomodo aperti sunt oculi tibi?
Jo. 9:11	He answered: That man that is called Jesus made clay and anointed my eyes and said to me: Go to the pool of Siloe and wash. And I went: I washed: and I see.	respondit ille homo qui dicitur Iesus lutum fecit et unxit oculos meos et dixit mihi vade ad natatoriam Siloae et lava et abii et lavi et vidi	Respondit: ille homo qui dicitur Ihesus lutum fecit et unxit oculos meos et dixit mihi: vade ad natatoriam Siloae et lava! Et abii et lavi et vidi.
Jo. 9:12	And they said to him: Where is he? He saith: I know not.	dixerunt ei ubi est ille ait nescio	Dixerunt ei: ubi est ille? Ait: nescio.
Jo. 9:13	They bring him that had been blind to the Pharisees.	adducunt eum ad Pharisaeos qui caecus fuerat	Adducunt eum ad Pharisaeos qui caecus fuerat.
Jo. 9:14	Now it was the sabbath, when Jesus made the clay and opened his eyes.	erat autem sabbatum quando lutum fecit Iesus et aperuit oculos eius	Erat autem sabbatum, quando lutum fecit Ihesus et aperuit oculos eius.
Jo. 9:15	Again therefore the Pharisees asked him how he had received his sight. But he said to them: He put clay upon my eyes: and I washed: and I see.	iterum ergo interrogabant eum Phariseaei quomodo vidisset ille autem dixit eis lutum posuit mihi super oculos et lavi et video	Iterum ergo interrogabant eum Phariseaei quomodo vidisset. Ille autem dixit eis: lutum posuit mihi super oculos, et lavi et video.
Jo. 9:16	Some therefore of the Pharisees said: This man is not of God, who keepeth not the sabbath. But others said: How can a man that is a sinner do such miracles? And there was a division among them.	dicebant ergo ex Phariseis quidam non est hic homo a Deo quia sabbatum non custodit alii dicebant quomodo potest homo peccator haec signa facere et scisma erat in eis	Dicebant ergo ex Phariseis quidam: non est hic homo a deo, quia sabbatum non custodit. Alii dicebant: quomodo potest homo peccator haec signa facere? Et scisma erat in eis.
Jo. 9:17	They say therefore to the blind man again: What sayest thou of him that hath opened thy eyes? And he said: He is a prophet.	dicunt ergo caeco iterum tu quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos ille autem dixit quia propheta est	Dicunt ergo caeco iterum: tu quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: quia propheta est.
Jo. 9:18	The Jews then did not believe concerning him, that he had been blind and had received his sight, until they called the parents of him that had received his sight,	non crediderunt ergo Iudaei de illo quia caecus fuisset et vidisset donec vocaverunt parentes eius qui viderat	Non crediderunt ergo Iudaei de illo quia caecus fuisset et vidisset, donec vocaverunt parentes eius qui viderant,
Jo. 9:19	And asked them, saying: Is this your son, who you say was born blind? How then doth he now see?	et interrogaverunt eos dicentes hic est filius vester quem vos dicitis quia caecus natus est quomodo ergo nunc videt	et interrogaverunt eos dicentes: hic est filius vester, quem vos dicitis quia caecus natus est? quomodo ergo nunc videt?
Jo. 9:20	His parents answered them and said: We know that this is our son and that he was born blind:	responderunt eis parentes eius et dixerunt scimus quia hic est filius noster et quia caecus natus est	Responderunt eis parentes eius et dixerunt: scimus quia hic est filius noster et quia caecus natus est:
Jo. 9:21	But how he now seeth, we know not: or who hath opened his eyes, we know not. Ask himself: he is of age: Let him speak for himself.	quomodo autem nunc videat nescimus aut quis eius aperuit oculos nos nescimus ipsum interrogate aetatem habet ipse de se loquatur	quomodo autem nunc videat nescimus, aut quis eius aperuit oculos nos nescimus: ipsum interrogate: aetatem habet, ipse de se loquatur.

Jo. 9:22	These things his parents said, because they feared the Jews: for the Jews had already agreed among themselves that if any man should confess him to be Christ, he should be put out of the synagogue.	haec dixerunt parentes eius quia timebant Iudaeos iam enim conspiraverant Iudaei ut si quis eum confiteretur Christum extra synagogam fieret	Haec dixerunt parentes eius, quia timebant Iudaeos: iam enim conspiraverant Iudaei, ut si quis eum confiteretur Christum, extra synagogam fieret.
Jo. 9:23	Therefore did his parents say: He is of age. Ask himself.	propterea parentes eius dixerunt quia aetatem habet ipsum interrogate	Propterea parentes eius dixerunt: quia aetatem habet, ipsum interrogate.
Jo. 9:24	They therefore called the man again that had been blind and said to him: Give glory to God. We know that this man is a sinner.	vocaverunt ergo rursus hominem qui fuerat caecus et dixerunt ei da gloriam Deo nos scimus quia hic homo peccator est	Vocaverunt ergo rursus hominem qui fuerat coecus et dixerunt ei: da gloriam deo, nos scimus quia hic homo peccator est.
Jo. 9:25	He said therefore to them: If he be a sinner, I know not. One thing I know, that whereas I was blind, now I see.	dixit ergo ille si peccator est nescio unum scio quia caecus cum essem modo video	Dixit ergo ille: si peccator est nescio: unum scio, quia coecus cum essem, modo video.
Jo. 9:26	They said then to him: What did he to thee? How did he open thy eyes?	dixerunt ergo illi quid fecit tibi quomodo aperuit tibi oculos	Dixerunt ergo illi: quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos?
Jo. 9:27	He answered them: I have told you already, and you have heard. Why would you hear it again? Will you also become his disciples?	respondit eis dixi vobis iam et audistis quid iterum vultis audire numquid et vos vultis discipuli eius fieri	Respondit eis: dixi vobis iam, et audistis: quid iterum vultis audire? numquid et vos vultis discipuli eius fieri?
Jo. 9:28	They reviled him therefore and said: Be thou his disciple; but we are the disciples of Moses.	maledixerunt ei et dixerunt tu discipulus illius es nos autem Mosi discipuli sumus	Maledixerunt ei et dixerunt: tu discipulus illius sis, nos autem Mosi discipuli sumus.
Jo. 9:29	We know that God spoke to Moses: but as to this man, we know not from whence he is.	nos scimus quia Mosi locutus est Deus hunc autem nescimus unde sit	Nos scimus quia Mosi locutus est deus, hunc autem nescimus unde sit.
Jo. 9:30	The man answered and said to them: why, herein is a wonderful thing, that you know not from whence he is, and he hath opened my eyes.	respondit ille homo et dixit eis in hoc enim mirabile est quia vos nescitis unde sit et aperuit meos oculos	Respondit ille homo et dixit eis: in hoc enim mirabile est quia vos nescitis unde sit, et aperuit meos oculos!
Jo. 9:31	Now we know that God doth not hear sinners: but if a man be a server of God and doth his, will, him he heareth.	scimus autem quia peccatores Deus non audit sed si quis Dei cultor est et voluntatem eius facit hunc exaudit	Scimus autem quia peccatores deus non audit, sed si quis dei cultor est et voluntatem eius facit, hunc exaudit.
Jo. 9:32	From the beginning of the world it hath not been heard, that any man hath opened the eyes of one born blind.	a saeculo non est auditum quia aperuit quis oculos caeci nati	A saeculo non est auditum quia aperuit quis oculos coeci nati.
Jo. 9:33	Unless this man were of God, he could not do anything.	nisi esset hic a Deo non poterat facere quicquam	Nisi esset hic a deo, non poterat facere quicquam.
Jo. 9:34	They answered and said to him: Thou wast wholly born in sins; and dost thou teach us? And they cast him out.	responderunt et dixerunt ei in peccatis natus es totus et tu doces nos et eiecerunt eum foras	Responderunt et dixerunt ei: in peccatis natus es totus, et tu doces nos? et eiecerunt eum foras.
Jo. 9:35	Jesus heard that they had cast him out. And when he had found him, he said to him: Dost thou believe in the Son of God?	audivit Iesus quia eiecerunt eum foras et cum invenisset eum dixit ei tu credis in Filium Dei	Audivit Ihesus quia eiecerunt eum foras, et cum invenisset eum, dixit ei: tu credis in filium dei?
Jo. 9:36	He answered, and said: Who is he, Lord, that I may believe in him?	respondit ille et dixit quis est Domine ut credam in eum	Respondit ille et dixit: quis est, domine, ut credam in eum?
Jo. 9:37	And Jesus said to him: Thou hast both seen him; and it is he that talketh with thee.	et dixit ei Iesus et vidisti eum et qui loquitur tecum ipse est	Et dixit ei Ihesus: et vidisti eum, et qui loquitur tecum, ipse est.
Jo. 9:38	And he said: I believe, Lord. And falling down, he adored him.	at ille ait credo Domine et procidens adoravit eum	At ille ait: credo, domine, et procidens adoravit eum.
Jo. 9:39	And Jesus said: For judgment I am come into this world: that they who see not may see; and they who see may become blind.	dixit ei Iesus in iudicium ego in hunc mundum veni ut qui non vident videant et qui vident caeci fiant	Et dixit ei Ihesus: in iudicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident videant et qui vident caeci fiant.
Jo. 9:40	And some of the Pharisees, who were with him, heard: and they said unto him: Are we also blind?	et audierunt ex Phariseis qui cum ipso erant et dixerunt ei numquid et nos caeci sumus	Et audierunt ex Phariseis qui cum ipso erant, et dixerunt ei: numquid et nos caeci sumus?
Jo. 9:41	Jesus said to them: If you were blind, you should not have sin: but now you say: We see. Your sin remaineth.	dixit eis Iesus si caeci essetis non haberetis peccatum nunc vero dicitis quia videmus peccatum vestrum manet	Dixit eis Ihesus: si coeci essetis, non haberetis peccatum; nunc vero dicitis: quia vidimus: peccatum vestrum manet.
Jo. 10:1	Amen, amen, I say to you: He that entereth not by the door into the sheepfold but climbeth up another way, the same is a thief and a robber.	amen amen dico vobis qui non intrat per ostium in ovile ovium sed ascendit aliunde ille fur est et latro	Amen amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est et latro,
Jo. 10:2	But he that entereth in by the door is the shepherd of the sheep.	qui autem intrat per ostium pastor est ovium	qui autem intrat per ostium pastor est ovium.

Jo. 10:3	To him the porter openeth: and the sheep hear his voice. And he calleth his own sheep by name and leadeth them out.	huic ostiarius aperit et oves vocem eius audiunt et proprias oves vocat nominatim et educit eas	Huic ostiarius aperit, et oves vocem eius audiunt, et proprias oves vocat nominatim et educit eas.
Jo. 10:4	And when he hath let out his own sheep, he goeth before them: and the sheep follow him, because they know his voice.	et cum proprias oves emiserit ante eas vadit et oves illum sequuntur quia sciunt vocem eius	Et cum proprias oves emiserit, ante eas vadit, et oves illum sequuntur, quia sciunt vocem eius.
Jo. 10:5	But a stranger they follow not, but fly from him, because they know not the voice of strangers.	alienum autem non sequuntur sed fugient ab eo quia non noverunt vocem alienorum	Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non noverunt vocem alienorum.
Jo. 10:6	This proverb Jesus spoke to them. But they understood not what he spoke.	dixit ergo eis iterum Iesus amen amen dico vobis quia ego sum ostium ovium	Hoc proverbium dixit illis Ihesus, illi autem non cognoverunt quid loqueretur eis.
Jo. 10:7	Jesus therefore said to them again: Amen, amen, I say to you, I am the door of the sheep.	omnes quotquot venerunt fures sunt et latrones sed non audierunt eos oves	Dixit ergo eis iterum Ihesus: amen amen dico vobis, quia ego sum ostium ovium.
Jo. 10:8	All others, as many as have come, are thieves and robbers: and the sheep heard them not.	ego sum ostium per me si quis introierit salvabitur et ingreditur et egredietur et pascua inveniet	Omnes quotquot venerunt fures sunt et latrones, sed non audierunt eos oves.
Jo. 10:9	I am the door. By me, if any man enter in, he shall be saved: and he shall go in and go out, and shall find pastures.	fur non venit nisi ut furetur et mactet et perdat ego veni ut vitam habeant et abundantius habeant	Ego sum ostium. Per me si quis introierit, salvabitur, et ingreditur et egredietur et pascua inveniet.
Jo. 10:10	The thief cometh not, but for to steal and to kill and to destroy. I am come that they may have life and may have it more abundantly.	ego sum pastor bonus bonus pastor animam suam dat pro ovibus	Fur non venit, nisi ut furetur et mactet et perdat: ego veni ut vitam habeant et abundantius habeant.
Jo. 10:11	I am the good shepherd. The good shepherd giveth his life for his sheep.	mercennarius et qui non est pastor cuius non sunt oves propriae videt lupum venientem et dimittit oves et fugit et lupus rapit et dispergit oves	Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis;
Jo. 10:12	But the hireling and he that is not the shepherd, whose own the sheep are not, seeth the wolf coming and leaveth the sheep and flieth: and the wolf casteth and scattereth the sheep.	mercennarius autem fugit quia mercennarius est et non pertinet ad eum de ovibus	mercenarius et qui non est pastor, cuius non sunt oves proprie, videt lupum venientem et dimittit oves et fugit, et lupus rapit et dispergit oves.
Jo. 10:13	And the hireling flieth, because he is a hireling: and he hath no care for the sheep.	ego sum pastor bonus et cognosco meas et cognoscunt me meae	Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est et non pertinet ad eum de ovibus.
Jo. 10:14	I am the good shepherd: and I know mine, and mine know me.	<b>Canon 90: III</b>	Ego sum pastor bonus et cognosco meas, et cognoscunt me meae.
Jo. 10:15a	As the Father knoweth me, and I know the Father:	sicut novit me Pater et ego agnosco Patrem	Sicut novit me pater, et ego agnosco patrem,
Jo. 10:15b	and I lay down my life for my sheep.	<b>Canon 91: IIII</b>	et animam meam pono pro ovibus meis.
Jo. 10:16	And other sheep I have that are not of this fold: them also I must bring. And they shall hear my voice: And there shall be one fold and one shepherd.	<b>Canon 92: X</b>	Et animam meam pono pro ovibus meis.
Jo. 10:17	Therefore doth the Father love me: because I lay down my life, that I may take it again.	et alias oves habeo quae non sunt ex hoc ovile et illas oportet me adducere et vocem meam audient et fiet unum ovile unus pastor	Et alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovile, et illas oportet me adducere, et vocem meam audient, et fiet unum ovile et unus pastor.
Jo. 10:18	No man taketh it away from me: but I lay it down of myself. And I have power to lay it down: and I have power to take it up again. This commandment have I received of my Father.	propterea me Pater diligit quia ego pono animam meam ut iterum sumam eam	Propterea pater me diligit, quia ego pono animam meam, ut iterum sumam eam.
Jo. 10:19	A dissension rose again among the Jews for these words.	nemo tollit eam a me sed ego pono eam a me ipso potestatem habeo ponendi eam et potestatem habeo iterum sumendi eam hoc mandatum accepi a Patre meo	Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a me ipso. Potestatem habeo ponendi eam et potestatem habeo iterum sumendi eam: hoc mandatum accepi a patre meo.
Jo. 10:20	And many of them said: He hath a devil and is mad. Why hear you him?	dissensio iterum facta est inter Iudaeos propter sermones hos dicebant autem multi ex ipsis daemonium habet et insanit quid eum auditis?	Dissensio iterum facta est inter Iudaeos propter sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis: demonium habet et insanit. Quid eum auditis?
Jo. 10:21	Others said: These are not the words of one that hath a devil. Can a devil open the eyes of the blind?	alii dicebant haec verba non sunt daemonium habentis numquid daemonium potest caecorum oculos aperire	Alii dicebant: verba haec non sunt daemonium habentis: numquid demonium potest coecorum oculos aperire?
Jo. 10:22	And it was the feast of the dedication at Jerusalem: and it was winter.	facta sunt autem encenia in Hierosolymis et hiemps erat	Facta sunt autem encenia in Hierosolimis, et hiemps erat.
Jo. 10:23	And Jesus walked in the temple, in Solomon's porch.	et ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis	Et ambulabat Ihesus in templo in porticu Salomonis.

Jo. 10:24	The Jews therefore came round about him and said to him: How long dost thou hold our souls in suspense? If thou be the Christ, tell us plainly.	circumdederunt ergo eum Iudaei et dicebant ei quousque animam nostram tollis si tu es Christus dic nobis palam	Circumdederunt ergo eum Iudæi et dicebant ei: quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam.
Jo. 10:25	Jesus answered them: I speak to you, and you believe not: the works that I do in the name of my Father, they give testimony of me.	respondit eis Iesus loquor vobis et non creditis opera quæ ego facio in nomine Patris mei hæc testimonium perhibent de me	Respondit eis Ihesus: loquor vobis et non creditis: opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me,
Jo. 10:26	But you do not believe, because you are not of my sheep.	sed vos non creditis quia non estis ex ovibus meis	sed vos non creditis, quia non estis ex ovibus meis.
Jo. 10:27	My sheep hear my voice. And I know them: and they follow me.	oves meae vocem meam audiunt et ego cognosco eas et sequuntur me	Oves meæ vocem meam audiunt, et ego cognosco eas, et sequuntur me,
Jo. 10:28	And I give them life everlasting: and they shall not perish for ever. And no man shall pluck them out of my hand.	et ego vitam æternam do eis et non peribunt in æternum et non rapiet eas quisquam de manu mea	et ego vitam æternam do eis, et non peribunt in æternum: non rapiet eas quisquam de manu mea.
Jo. 10:29	That which my Father hath given me is greater than all: and no one can snatch them out of the hand of my Father.	Pater meus quod dedit mihi maius omnibus est et nemo potest rapere de manu Patris mei	Pater meus quod dedit mihi maius omnibus est, et nemo potest rapere de manu patris mei.
Jo. 10:30	I and the Father are one.	ego et Pater unum sumus	Ego et pater unum sumus.
Jo. 10:31	The Jews then took up stones to stone him.	sustulerunt lapides Iudaei ut lapidarent eum	Sustulerunt lapides Iudæi, ut lapidarent eum.
Jo. 10:32	Jesus answered them: Many good works I have shewed you from my Father. For which of those works do you stone me?	respondit eis Iesus multa opera bona ostendi vobis ex Patre meo propter quod eorum opus me lapidatis	Respondit eis Ihesus: multa opera bona ostendi vobis ex patre meo: propter quod opus eorum me lapidatis?
Jo. 10:33	The Jews answered him: For a good work we stone thee not, but for blasphemy: and because that thou, being a, man, makest thyself God.	responderunt ei Iudaei de bono opere non lapidamus te sed de blasphemia et quia tu homo cum sis facis te ipsum Deum	Responderunt ei Iudæi: de bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, et quia tu homo cum sis, facis te ipsum deum.
Jo. 10:34	Jesus answered them: Is it not written in your law: I said, you are gods?	respondit eis Iesus nonne scriptum est in lege vestra quia ego dixi dii estis	Respondit eis Ihesus: nonne scriptum est in lege vestra: quia ego dixi: dii estis?
Jo. 10:35	If he called them gods to whom the word of God was spoken; and the scripture cannot be broken:	si illos dixit deos ad quos sermo Dei factus est et non potest solvi scriptura	Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est, et non potest solvi scriptura:
Jo. 10:36	Do you say of him whom the Father hath sanctified and sent into the world: Thou blasphemest; because I said: I am the Son of God?	quem Pater sanctificavit et misit in mundum vos dicitis quia blasphemus quia dixi Filius Dei sum	quem pater sanctificavit et misit in mundum, vos dicitis: quia blasphemus, quia dixi: filius dei sum?
Jo. 10:37	If I do not the works of my Father, believe me not.	si non facio opera Patris mei nolite credere mihi	Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi.
Jo. 10:38	But if I do, though you will not believe me, believe the works: that you may know and believe that the Father is in me and I in the Father.	si autem facio et si mihi non vultis credere operibus credite ut cognoscatis et credatis quia in me est Pater et ego in Patre	Si autem facio, etsi mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis et credatis quia in me est pater et ego in patre.
Jo. 10:39	They sought therefore to take him: and he escaped out of their hands.	<b>Canon 93: IIII</b> quaerebant ergo eum prendere et exivit de manibus eorum	Quærebant ergo eum prendere, et exivit de manibus eorum.
Jo. 10:40	And he went again beyond the Jordan, into that place where John was baptizing first. And there he abode.	<b>Canon 94: X</b> et abiit iterum trans Iordanen in eum locum ubi erat Iohannes baptizans primum et mansit illic	Et abiit iterum trans Iordanen in eum locum ubi erat Iohannes baptizans primum, et mansit illic.
Jo. 10:41	And many resorted to him: and they said: John indeed did no sign.	et multi venerunt ad eum et dicebant quia Iohannes quidem signum fecit nullum	Et multi venerunt ad eum et dicebant: quia Iohannes quidem signum fecit nullum,
Jo. 10:42	But all things whatsoever John said of this man were true. And many believed in him.	omnia autem quaecumque dixit Iohannes de hoc vera erant et multi crediderunt in eum	omnia autem quaecumque dixit Iohannes de hoc vera erant. Et multi crediderunt in eum.
Jo. 11:1	Now there was a certain man sick, named Lazarus, of Bethania, of the town of Mary and of Martha her sister.	Erat autem quidam languens Lazarus a Bethania de castello Mariae et Marthae sororis eius	Erat autem quidam languens, Lazarus a Bethania, de castello Mariæ et Marthæ sororis eius.
Jo. 11:2	(And Mary was she that anointed the Lord with ointment and wiped his feet with her hair: whose brother Lazarus was sick.)	Maria autem erat quæ unxit Dominum unguento et extersit pedes eius capillis suis cuius frater Lazarus infirmabatur	Maria autem erat quæ unxit dominum unguento et extersit pedes eius capillis suis; cuius frater Lazarus infirmabatur.
Jo. 11:3	His sisters therefore sent to him, saying: Lord, behold, he whom thou lovest is sick.	miserunt ergo sorores ad eum dicentes Domine ecce quem amas infirmatur	Miserunt ergo sorores ad eum dicentes: domine, ecce quem amas infirmatur.

Jo. 11:4	And Jesus hearing it, said to them: This sickness is not unto death, but for the glory of God: that the Son of God may be glorified by it.	audiens autem Iesus dixit eis infirmitas hæc non est ad mortem sed pro gloria Dei ut glorificetur Filius Dei per eam	Audiens autem Ihesus dixit eis: infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria dei, ut glorificetur filius dei per eam.
Jo. 11:5	Now Jesus loved Martha and her sister Mary and Lazarus.	diligebat autem Iesus Martham et sororem eius Mariam et Lazarum	Diligebat autem Ihesus Martham et sororem eius Mariam et Lazarum.
Jo. 11:6	When he had heard therefore that he was sick, he still remained in the same place two days.	ut ergo audivit quia infirmabatur tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus	Ut ergo audivit quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus.
Jo. 11:7	Then after that, he said to his disciples: Let us go into Judea again.	deinde post hæc dicit discipulis suis eamus in Iudæam iterum	Deinde post hæc dicit discipulis suis: eamus in Iudæam iterum.
Jo. 11:8	The disciples say to him: Rabbi, the Jews but now sought to stone thee. And goest thou thither again?	dicunt ei discipuli rabbi nunc quaerebant te Iudæi lapidare et iterum vadis illuc	Dicunt ei discipuli: rabbi, nunc quaerebant te lapidare Iudæi, et iterum vadis illuc?
Jo. 11:9	Jesus answered: Are there not twelve hours of the day? If a man walk in the day he stumbleth not, because he seeth the light of this world:	respondit Iesus nonne duodecim horæ sunt diei si quis ambulaverit in die non offendit quia lucem huius mundi videt	Respondit Ihesus: nonne XII horæ sunt diei? Si quis ambulaverit in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt,
Jo. 11:10	But if he walk in the night, he stumbleth, because the light is not in him.	si autem ambulaverit nocte offendit quia lux non est in eo	si autem ambulaverit nocte, offendet, quia lux non est in eo.
Jo. 11:11	These things he said; and after that he said to them: Lazarus our friend sleepeth: but I go that I may awake him out of sleep.	hæc ait et post hoc dicit eis Lazarus amicus noster dormit sed vado ut a somno exsuscitem eum	Hæc ait, et post hoc dicit eis: Lazarus amicus noster dormit, sed vado ut a somno exsuscitem eum.
Jo. 11:12	His disciples therefore said: Lord, if he sleep, he shall do well.	dixerunt ergo discipuli eius Domine si dormit salvus erit	Dixerunt ergo discipuli eius: domine, si dormit, salvus erit.
Jo. 11:13	But Jesus spoke of his death: and they thought that he spoke of the repose of sleep.	dixerat autem Iesus de morte eius illi autem putaverunt quia de dormitione somni diceret	Dixerat autem Ihesus de morte eius, illi autem putaverunt quia de dormitione somnii diceret.
Jo. 11:14	Then therefore Jesus said to them plainly: Lazarus is dead.	tunc ergo dixit eis Iesus manifeste Lazarus mortuus est	Tunc ergo dixit eis Ihesus manifeste: Lazarus mortuus est.
Jo. 11:15	And I am glad, for your sakes; that I was not there, that you may believe. But, let us go to him.	et gaudeo propter vos ut credatis quoniam non eram ibi sed eamus ad eum	Et gaudeo propter vos, ut credatis, quoniam non eram ibi. Sed eamus ad eum!
Jo. 11:16	Thomas therefore, who is called Didymus, said to his fellow disciples: Let us also go, that we may die with him.	dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus ad <b>condiscipulos eamus</b> et nos ut moriamur cum eo	Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didimus, ad <b>condiscipulos suos</b> : eamus et nos, ut moriamur cum eo.
Jo. 11:17	Jesus therefore came: and found that he had been four days already in the grave.	venit itaque Iesus et invenit eum quattuor dies iam in monumento habentem	Venit itaque Ihesus et invenit eum quattuor dies iam in monumento habentem.
Jo. 11:18	(Now Bethania was near Jerusalem, about fifteen furlongs off.)	erat autem Bethania iuxta Hierosolyma quasi stadiis quindecim	Erat autem Bethania iuxta Hierosolima quasi stadiis XV.
Jo. 11:19	And many of the Jews were come to Martha and Mary, to comfort them concerning their brother.	Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham et Mariam ut consolarentur eas de fratre suo	Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham et Mariam, ut consolarentur eas de fratre suo.
Jo. 11:20	Martha therefore, as soon as she heard that Jesus was come, went to meet him: but Mary sat at home.	Martha ergo ut audivit quia Iesus venit occurrit illi Maria autem domi sedebat	Martha ergo ut audivit quia Ihesus venit, occurrit illi, Maria autem domi sedebat.
Jo. 11:21	Martha therefore said to Jesus: Lord, if thou hadst been here, my brother had not died.	dixit ergo Martha ad Iesum Domine si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus	Dixit ergo Martha ad Ihesum: domine, si hic fuisses, frater meus non fuisset mortuus:
Jo. 11:22	But now also I know that whatsoever thou wilt ask of God, <b>He will give</b> it thee.	sed et nunc scio quia quaecumque poposceris a Deo dabit tibi <b>Deus</b>	sed et nunc scio, quia quaecumque poposceris a deo, <b>dabit tibi</b> .
Jo. 11:23	Jesus saith to her: Thy brother shall rise again.	dicit illi Iesus resurget frater tuus	Dicit illi Ihesus: resurget frater tuus.
Jo. 11:24	Martha saith to him: I know that he shall rise again, in the resurrection at the last day.	dicit ei Martha scio quia resurget in resurrectione in novissima die	Dicit ei Martha: scio quia resurget in resurrectione in novissima die.
Jo. 11:25	Jesus said to her: I am the resurrection and the life: he that believeth in me, although he be dead, shall live:	dixit ei Iesus ego sum resurrectio et vita qui credit in me et si mortuus fuerit vivet	Dixit ei Ihesus: ego sum resurrectio et vita: qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet,
Jo. 11:26	And every one that liveth and believeth in me shall not die for ever. Believest thou this?	et omnis qui vivit et credit in me non morietur in æternum credis hoc	et omnis qui vivit et credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc?
Jo. 11:27	She saith to him: Yea, Lord, I have believed that thou art Christ, the Son of the living God, who art come into this world.	ait illi utique Domine ego credidi quia tu es Christus Filius Dei qui <b>in mundum</b> venisti	Ait illi: utique, domine, ego credidi quia tu es Christus filius dei, qui in <b>hunc</b> mundum venisti.

Jo. 11:28	And when she had said these things, she went and called her sister Mary secretly, saying: The master is come and calleth for thee.	et cum hæc dixisset abiit et vocavit Mariam sororem suam silentio dicens: magister adest et vocat te	Et cum hæc dixisset, abiit et vocavit Mariam sororem suam silentio dicens: magister adest et vocat te.
Jo. 11:29	She, as soon as she heard this, riseth quickly and cometh to him.	illa ut audivit surgit cito et venit ad eum	Illa ut audivit, surgit cito et venit ad eum.
Jo. 11:30	For Jesus was not yet come into the town: but he was still in that place where Martha had met him.	nondum enim venerat Iesus in castellum sed erat adhuc in illo loco ubi occurrerat ei Martha	Nondum enim venerat Ihesus in castellum, sed erat adhuc in illo loco ubi occurrerat ei Martha.
Jo. 11:31	The Jews therefore, who were with her in the house and comforted her, when they saw Mary, that she rose up speedily and went out, followed her, saying: She goeth to the grave to weep there.	Iudæi igitur qui erant cum ea in domo et consolabantur eam cum vidissent Mariam quia cito surrexit et exiit secuti sunt eam dicentes quia vadit ad monumentum ut ploret ibi	Iudæi autem qui erant cum illa in domo et consolabantur eam, cum vidissent Mariam, quia cito surrexit et exiit, secuti sunt eam dicentes: quia vadit ad monumentum, ut ploret ibi.
Jo. 11:32	When Mary therefore was come where Jesus was, seeing him, she fell down at his feet and saith to him. Lord, if thou hadst been here, my brother had not died.	Maria ergo cum venisset ubi erat Iesus videns eum cecidit ad pedes eius et dixit ei Domine si fuisses hic non esset mortuus frater meus	Maria ergo cum venisset ubi erat Ihesus, videns eum cecidit ad pedes eius et dixit ei: domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus.
Jo. 11:33	Jesus, therefore, when he saw her weeping, and the Jews that were come with her weeping, groaned in the spirit and troubled himself, And said: Where have you laid him? They say to him: Lord, come and see.	Iesus ergo ut vidit eam plorantem et Iudæos qui venerant cum ea plorantes fremuit spiritu et turbavit se ipsum et dixit ubi posuistis eum? Dicunt ei: domine veni et vide	Ihesus ergo ut vidit eam plorantem et Iudæos qui venerant cum ea plorantes, fremuit spiritu et turbavit se ipsum et dixit: ubi posuistis eum? Dicunt ei: domine, veni et vide!
Jo. 11:35	And Jesus wept.	et lacrimatus est Iesus	Et lacrimatus est Ihesus.
Jo. 11:36	The Jews therefore said: Behold how he loved him.	dixerunt ergo Iudæi ecce quomodo amabat eum	Dixerunt ergo Iudæi: ecce, quomodo amabat eum!
Jo. 11:37	But some of them said: Could not he that opened the eyes of the man born blind have caused that this man should not die?	quidam autem dixerunt ex ipsis non poterat hic qui aperuit oculos caeci facere ut et hic non moreretur	Quidam autem dixerunt ex ipsis: non poterat hic qui aperuit oculos ceci facere ut et hic non moreretur?
Jo. 11:38	Jesus therefore again groaning in himself, cometh to the sepulchre. Now it was a cave; and a stone was laid over it.	Iesus ergo rursus fremens in semet ipso venit ad monumentum erat autem spelunca et lapis superpositus erat ei	Ihesus ergo rursus fremens in semetipso venit ad monumentum; erat autem spelunca, et lapis superpositus erat ei.
Jo. 11:39	Jesus saith: Take away the stone. Martha, the sister of him that was dead, saith to him: Lord, by this time he stinketh, for he is now of four days.	ait Iesus tollite lapidem dicit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat Domine iam fetet quadriduanus enim est	Ait Ihesus: tollite lapidem! Dicit ei Martha, soror eius qui mortuus fuerat: domine, iam fetet, quadriduanus enim est.
Jo. 11:40	Jesus saith to her: Did not I say to thee that if thou believe, thou shalt see the glory of God?	dicit ei Iesus nonne dixi tibi quoniam si credideris videbis gloriam Dei	Dicit ei Ihesus: nonne dixi tibi, quoniam si credideris, videbis gloriam dei?
Jo. 11:41	They took therefore the stone away. And Jesus lifting up his eyes, said: Father, I give thee thanks that thou hast heard me.	tulerunt ergo lapidem Iesus autem elevatis sursum oculis dixit Pater gratias ago tibi quoniam audisti me	Tulerunt ergo lapidem. Ihesus autem elevatis sursum oculis dixit: pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me.
Jo. 11:42	And I knew that thou hearest me always: but because of the people who stand about have I said it, that they may believe that thou hast sent me.	ego autem sciebam quia semper me audis sed propter populum qui circumstat dixi ut credant quia tu me misisti	Ego autem sciebam quia semper me audis, sed propter populum qui circumstat dixi, ut credant quia tu me misisti.
Jo. 11:43	When he had said these things, he cried with a loud voice: Lazarus, come forth.	hæc cum dixisset voce magna clamavit Lazare veni foras	Hæc cum dixisset, voce magna clamavit: Lazare, veni foras!
Jo. 11:44	And presently he that had been dead came forth, bound feet and hands with winding bands. And his face was bound about with a napkin. Jesus said to them: Loose him and let him go.	et statim prodiit qui fuerat mortuus ligatus pedes et manus institis et facies illius sudario erat ligata dicit Iesus eis solvite eum et sinite abire	Et statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus pedes et manus institis, et facies illius sudario erat ligata. Dicit eis Ihesus: solvite eum et sinite abire.
Jo. 11:45	Many therefore of the Jews, who were come to Mary and Martha and had seen the things that Jesus did, believed in him.	multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam et viderant quæ fecit crediderunt in eum	Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam et viderant quæ fecit, crediderunt in eum.
Jo. 11:46	But some of them went to the Pharisees and told them the things that Jesus had done.	quidam autem ex ipsis abierunt ad Phariseos et dixerunt eis quæ fecit Iesus	Quidam autem ex ipsis abierunt ad Phariseos et dixerunt eis quæ fecit Ihesus.
Jo. 11:47	The chief priests, therefore, and the Pharisees gathered a council and said: What do we, for this man doth many miracles?	collegerunt ergo pontifices et Pharisei concilium et dicebant quid facimus quia hic homo multa signa facit	Colligerunt ergo pontifices et Pharisei concilium et dicebant: quid facimus, quia hic homo multa signa facit?
Jo. 11:48	If we let him alone so, all will believe in him; and the Romans will come, and take away our place and nation.	si dimittimus eum sic omnes credent in eum et venient Romani et tollent nostrum et locum et gentem	Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, et venient Romani et tollent nostrum et locum et gentem.

Jo. 11:49	But one of them, named Caiphas, being the high priest that year, said to them: You know nothing.	unus autem ex ipsis Caiaphas cum esset pontifex anni illius dixit eis vos nescitis quicquam	Unus autem ex ipsis, Caiphas, cum esset pontifex anni illius, dixit eis: vos nescitis quicquam,
Jo. 11:50	Neither do you consider that it is expedient for you that one man should die for the people and that the whole nation perish not.	nec cogitatis quia expedit nobis ut unus moriatur homo pro populo et non tota gens pereat	nec cogitatis quia expedit nobis ut unus moriatur homo pro populo, et non tota gens pereat.
Jo. 11:51	And this he spoke not of himself: but being the high priest of that year, he prophesied that Jesus should die for the nation.	hoc autem a semet ipso non dixit sed cum esset pontifex anni illius prophetavit quia Iesus moriturus erat pro gente	Hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, prophetavit quia Iesus moriturus erat pro gente.
Jo. 11:52	And not only for the nation, but to gather together in one the children of God that were dispersed.	et non tantum pro gente sed et ut filios Dei qui erant dispersi congregaret in unum	Et non tantum pro gente, sed ut filios dei qui erant dispersi congregaret in unum.
<b>Canon 95: IIII</b>			
Jo. 11:53	From that day therefore they devised to put him to death.	ab illo ergo die cogitaverunt ut interficerent eum	Ab illo ergo die cogitaverunt interficere eum.
Jo. 11:54	Wherefore Jesus walked no more openly among the Jews: but he went into a country near the desert, unto a city that is called Ephrem. And there he abode with his disciples.	Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudaeos sed abiit in regionem iuxta desertum in civitatem quae dicitur Ephrem et ibi morabatur cum discipulis	Ihesus ergo iam non palam ambulabat apud Iudaeos, sed abiit in regionem iuxta desertum in civitatem quae dicitur Ephrem, et ibi morabatur cum discipulis suis.
<b>Canon 96: I</b>			
Jo. 11:55a	And the pasch of the Jews was at hand:	proximum autem erat pascha Iudaeorum	Proximum autem erat pascha Iudaeorum,
<b>Canon 97: X</b>			
Jo. 11:55b	and many from the country went up to Jerusalem, before the pasch, to purify themselves.	et ascenderunt multi Hierosolyma de regione ante pascha ut sanctificarent se ipsos	et ascenderunt multi Hierosolima de regione ante pascha, ut sanctificarent se ipsos.
Jo. 11:56	They sought therefore for Jesus; and they discoursed one with another, standing in the temple: What think you that he is not come to the festival day?	quaerebant ergo Iesum et conloquebantur ad invicem in templo stantes quid putatis quia non veniat ad diem festum	Querebant ergo Ihesum, et conloquebantur ad invicem in templo stantes: quid putatis, quia non veniat ad diem festum?
Jo. 11:57	And the chief priests and Pharisees had given a commandment that, if any man knew where he was, he should tell, that they might apprehend him.	dederant autem pontifices et Pharisaei mandatum ut si quis cognoverit ubi sit indicet ut apprehendant eum	Dederant autem pontifices et Pharisaei mandatum, ut si quis cognoverit ubi sit, indicet, ut apprehendant eum.
<b>Section 23a</b>			
Jo. 12:1	Jesus therefore, six days before the pasch, came to Bethania, where Lazarus had been dead, whom Jesus raised to life.	Iesus ergo ante sex dies paschae venit Bethaniam ubi fuerat Lazarus mortuus quem suscitavit Iesus	Ihesus ergo ante sex dies pasche venit Bethaniam, ubi fuerat Lazarus mortuus, quem suscitavit Ihesus.
<b>Section 23b</b>			
<b>Canon 99: X</b>			
Jo. 12:9	A great multitude therefore of the Jews knew that he was there; and they came, not for Jesus' sake only, but that they might see Lazarus, whom he had raised from the dead.	cognovit ergo turba multa ex Iudaeis quia illic est et venerunt non propter Iesum tantum sed ut Lazarum viderent quem suscitavit a mortuis	cognovit turba multa ex Iudaeis quia illic est, et venerunt, non propter Ihesum tantum, sed ut Lazarum viderent, quem suscitavit a mortuis.
<b>Section 23c</b>			
Jo. 12:19	The Pharisees therefore said among themselves: Do you see that we prevail nothing? Behold, the whole world is gone after him.	Pharisaei ergo dixerunt ad semet ipsos videtis quia nihil proficimus ecce mundus totus post eum abiit	Pharisaei ergo dixerunt ad semetipsos: videtis quia nihil proficimus: ecce mundus totus post eum abiit.
<b>Section 23d</b>			
Jo. 12:10	But the chief priests thought to kill Lazarus also:	cogitaverunt autem principes sacerdotum ut et Lazarum interficerent	Cogitaverunt autem principes sacerdotum ut et Lazarum interficerent,
Jo. 12:11	Because many of the Jews, by reason of him, went away and believed in Jesus.	quia multi propter illum abibant ex Iudaeis et credebant in Iesum	quia multi propter illum abibant ex Iudaeis et credebant in Ihesum.
<b>Section 23e</b>			
<b>Canon 98A: I</b>			
Jo. 12:2	And they made him a supper there: and Martha served. But Lazarus was one of them that were at table with him.	fecerunt autem ei cenam ibi et Martha ministrabat Lazarus vero unus erat ex discumbentibus cum eo	Fecerunt autem ei cenam ibi, et Martha ministrabat, Lazarus vero unus erat ex discumbentibus cum eo.

Jo. 12:3	Mary therefore <b>took a pound of ointment of right spikenard, of great price</b> , and anointed the feet of Jesus and wiped them with her hair. And the house was filled with the odour of the ointment.	Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici pretiosi unxit pedes Iesu et extersit capillis suis <b>pedes eius</b> et domus impleta est ex odore unguenti	Maria ergo <b>accepit libram unguenti nardi pistici pretiosi et unxit pedes eius</b> et extersit capillis suis, <b>et</b> domus impleta est ex odore ungenti.
Jo. 12:4	Then one of his disciples, Judas Iscariot, he that was about to betray him, said:	dicit ergo unus ex discipulis eius Judas Scariotis qui erat <b>eum traditurus</b>	Dicit ergo unus ex discipulis eius, Judas Scariothis, qui erat <b>traditurus eum</b> :
Jo. 12:5	Why was not this ointment sold for three hundred pence and given to the poor?	quare hoc unguentum non veniit trecentis denariis et datum est egenis	quare hoc unguentum non venit trecentis denariis et datum est egenis?
Jo. 12:6	Now he said this not because he cared for the poor; but because he was a thief and, having the purse, carried the things that were put therein.	dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eum sed quia fur erat et loculos habens ea quae mittebantur portabat	Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, et loculos habens ea quae mittebantur portabat.
Jo. 12:7	<b>Jesus therefore said: Let her alone, that she may keep it against the day of my burial.</b>	<b>Canon 98B: IIII</b> dixit ergo Iesus sine illam ut in die sepulturae meae servet illud	<b>dixit ergo Iesus sine illam ut in die sepulturae meae servet illud</b>
Jo. 12:8	<b>For the poor you have always with you: but me you have not always.</b>	pauperes enim semper habetis vobiscum me autem non semper habetis	<b>pauperes enim semper habetis vobiscum me autem non semper habetis</b>
Jo. 12:20	Now there were certain Gentiles among them, who came up to adore on the festival day.	<b>Section 24</b> erant autem gentiles quidam ex his qui ascenderant ut adorarent in die festo	Erant autem gentiles quidam ex his qui ascenderant ut adorarent in die festo.
Jo. 12:21	These therefore came to Philip, who was of Bethsaida of Galilee, and desired him, saying: Sir, we would see Jesus.	hii ergo accesserunt ad Philippum qui erat a Bethsaida Galilaeae et rogabant eum dicentes domine volumus Iesum videre	Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat a Bethsaida Galilaeae, et rogabant eum dicentes: domine, volumus Ihesum videre.
Jo. 12:22	Philip cometh and telleth Andrew. Again Andrew and Philip told Jesus.	venit Philippus et dicit Andreae Andreas rursum et Philippus dixerunt Iesu	Venit Philippus et dicit Andreae, Andreas rursum et Philippus dicunt Ihesu.
Jo. 12:23	But Jesus answered them, saying: The hour is come that the Son of man should be glorified.	<b>Canon 103: IIII</b> Iesus autem respondit eis dicens venit hora ut clarificetur Filius hominis	Ihesus autem respondit eis dicens: venit hora ut glorificetur filius hominis.
Jo. 12:24	Amen, amen, I say to you, unless the grain of wheat falling into the ground die,	<b>Canon 104: X</b> amen amen dico vobis nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit	Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit,
Jo. 12:25a	Itself remaineth alone. But if it die it bringeth forth much fruit.	ipsum solum manet si autem mortuum fuerit multum fructum adfert	ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.
Jo. 12:25b	He that loveth his life shall lose it and he that hateth his life in this world keepeth it unto life eternal.	<b>Canon 105: IIII</b> qui amat animam suam perdet eam et qui odit animam suam in hoc mundo in vitam aeternam custodit eam	Qui amat animam suam, perdet eam, et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam.
Jo. 12:26	If any man minister to me, let him follow me: and where I am, there also shall my minister be. If any man minister to me, him will my Father honour.	<b>Canon 106: X</b> si quis mihi ministrat me sequatur et ubi sum ego illic et minister meus erit si quis mihi ministraverit honorificabit eum Pater meus	Si quis mihi ministrat, me sequatur, et ubi sum ego illic et minister meus erit. Si quis mihi ministrabit, honorificabit eum pater meus.
Jo. 12:27	Now is my soul troubled. And what shall I say? Father, save me from this hour. But for this cause I came unto this hour.	<b>Canon 107: IIII</b> nunc anima mea turbata est et quid dicam Pater salvifica me ex hora hac sed propterea veni in horam hanc	Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, salvifica me ex hora! Sed propterea veni in horam hanc.
Jo. 12:28	Father, glorify thy name. A voice therefore came from heaven: I have both glorified it and will glorify it again.	<b>Canon 108: X</b> Pater clarifica tuum nomen venit ergo vox de caelo et clarificavi et iterum clarificabo	Pater, clarifica tuum nomen! Venit ergo vox de caelo: et clarificavi et iterum clarificabo.
Jo. 12:29	The multitude therefore that stood and <b>were hearing</b> said that it thundered. Others said: An angel spoke to him.	turba ergo quae stabat et <b>audierat</b> dicebant tonitruum factum esse alii dicebant angelus ei locutus est	Turba ergo quae stabat et <b>audiebat</b> dicebant tonitruum factum esse, alii dicebant: angelus ei locutus est.
Jo. 12:30	Jesus answered and said: This voice came not because of me, but for your sakes.	respondit Iesus et dixit non propter me vox haec venit sed propter vos	Respondit Ihesus et dixit: non propter me haec vox venit, sed propter vos.
Jo. 12:31	Now is the judgment of the world: now shall the prince of this world be cast out.	nunc iudicium est mundi nunc princeps huius mundi eicietur foras	Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eicietur foras.

Jo. 12:32	And I, if I be lifted up from the earth, will draw all things to myself.	et ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum	Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum.
Jo. 12:33	(Now this he said, signifying what death he should die.)	hoc autem dicebat significans qua morte esset moriturus	Hoc autem dicebat significans qua morte esset moriturus.
Jo. 12:34	The multitude answered him: We have heard out of the law that Christ abideth for ever. And how sayest thou: The Son of man must be lifted up? Who is this Son of man?	respondit ei turba nos audivimus ex lege quia Christus manet in aeternum et quomodo tu dicis oportet exaltari Filium hominis quis est iste Filius hominis	Respondit ei turba: nos audivimus ex lege quia Christus manet in aeternum, et quomodo tu dicis: oportet exaltari filius hominis? Quis est iste filius hominis?
Jo. 12:35	Jesus therefore said to them: Yet a little while, the light is among you. Walk whilst you have the light, and the darkness overtake you not. And he that walketh in darkness knoweth not whither he goeth.	dixit ergo eis Iesus adhuc modicum lumen in vobis est ambulate dum lucem habetis ut non tenebrae vos comprehendant et qui ambulat in tenebris nescit quo vadat	Dixit ergo Ihesus: adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, ut non tenebrae vos comprehendant: et qui ambulat in tenebris nescit quo vadat.
Jo. 12:36a	Whilst you have the light, believe in the light, that you may be the children of light.	dum lucem habetis credite in lucem ut filii lucis sitis	Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis.
<b>Section 25</b>			
Jo. 12:42	However, many of the chief men believed in him: but because of the Pharisees they did not confess him, that they might not be cast out of the synagogue.	verumtamen et ex principibus multi crediderunt in eum sed propter Phariseos non confitebantur ut de synagoga non eicerentur	<b>Verumtamen ex principibus</b> multi crediderunt in eum, sed propter Phariseos non confitebantur, ut de synagoga non eicerentur.
Jo. 12:43	For they loved the glory of men more than the glory of God.	dilexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam Dei	Dilexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam dei.
<b>Canon 111: I</b>			
Jo. 12:44	But Jesus cried and said: He that believeth in me doth not believe in me, but in him that sent me.	Iesus autem clamavit et dixit qui credit in me non credit in me sed in eum qui misit me	Ihesus ergo clamavit et dixit: qui credit in me non credit in me, sed in eum qui misit me.
Jo. 12:45	And he that seeth me, seeth him that sent me.	et qui videt me videt eum qui misit me	Et qui videt me videt eum qui misit me.
<b>Canon 112: X</b>			
Jo. 12:46	I am come, a light into the world, that whosoever believeth in me may not remain in darkness.	ego lux in mundum veni ut omnis qui credit in me in tenebris non maneat	Ego lux in mundum veni, ut omnis qui credit in me in tenebris non maneat.
Jo. 12:47	And if any man hear my words and keep them not, I do not judge him for I came not to judge the world, but to save the world.	et si quis audierit verba mea et non custodierit ego non iudico eum non enim veni ut iudicem mundum sed ut salvificem mundum	Et si quis audierit verba mea et non custodierit, ego non iudico eum. Non enim veni ut iudicem mundum, sed ut salvificem mundum.
Jo. 12:48	He that despiseth me and receiveth not my words hath one that judgeth him. The word that I have spoken, the same shall judge him in the last day.	qui spernit me et non accipit verba mea habet qui iudicet eum sermo quem locutus sum ille iudicabit eum in novissimo die	Qui spernit me et non accipit verba mea, habet qui iudicet eum: sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in novissimo die.
Jo. 12:49	For I have not spoken of myself: but the Father who sent me, he gave me commandment what I should say and what I should speak.	quia ego ex me ipso non sum locutus sed qui misit me Pater ipse mihi mandatum dedit quid dicam et quid loquar	Quia ego ex me ipso non sum locutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam et quid loquar,
Jo. 12:50	And I know that his commandment is life everlasting. The things therefore that I speak, even as the Father said unto me, so do I speak.	et scio quia mandatum eius vita aeterna est quae ergo ego loquor sicut dixit mihi Pater sic loquor	et scio quia mandatum eius vita aeterna est. Quae ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor.
<b>Section 26</b>			
Jo. 12:36b	. These things Jesus spoke: and he went away and hid himself from them.	haec locutus est Iesus et abiit et abscondit se ab eis	Haec locutus est eis Ihesus, et abiit et abscondit se ab eis.
Jo. 12:37	And whereas he had done so many miracles before them, they believed not in him:	cum autem tanta signa fecisset coram eis non credebant in eum	Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum,
Jo. 12:38	That the saying of Isaiahs the prophet might be fulfilled, which he said: Lord, who hath believed our hearing? And to whom hath the arm of the Lord been revealed?	ut sermo Esaiae prophetae impleretur quem dixit Domine quis credidit auditui nostro et brachium Domini cui revelatum est	ut sermo Esaiae prophetae impleretur quem dixit: domine, quis credidit auditui nostro, et brachium domini cui revelatum est?
<b>Canon 110: X</b>			
Jo. 12:41	These things said Isaias, when he saw his glory, and spoke of him.	haec dixit Esaias quando vidit gloriam eius et locutus est de eo	Haec dixit Esaias, quando vidit gloriam eius et locutus est de eo.

## Section 27

Jo. 13:1	Before the festival day of the pasch, Jesus knowing that <b>the</b> hour was come, that he should pass out of this world to the Father: having loved his own who were in the world, he loved them unto the end.	ante diem autem festum paschae sciens Iesus quia venit <b>eius</b> hora ut transeat ex hoc mundo ad Patrem cum dilexisset suos qui erant in mundo in finem dilexit eos	Ante autem diem festum paschae sciens Iesus quia <b>venit hora</b> ut transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.
Jo. 13:4	He riseth from supper and layeth aside his garments and, having taken a towel, girded himself.	<b>Canon 115: X</b> surgit a cena et ponit vestimenta sua et cum accepisset linteum praecinxit se	Surgit a cena et ponit vestimenta sua, et cum accepisset linteum praecinxit se.
Jo. 13:5	After that, he putteth water into a basin and began to wash the feet of the disciples and to wipe them with the towel wherewith he was girded.	deinde mittit aquam in pelvem et coepit lavare pedes discipulorum et extergere linteo quo erat praecinctus	Deinde mittit aquam in pelvem et coepit lavare pedes discipulorum et extergere linteo quo erat praecinctus.
Jo. 13:6	He cometh therefore to Simon Peter. And Peter saith to him: Lord, dost thou wash my feet?	venit ergo ad Simonem Petrum et dicit ei Petrus Domine tu mihi lavas pedes	Venit ergo ad Simonem Petrum, et dicit ei Petrus: domine, tu mihi lavas pedes?
Jo. 13:7	Jesus answered and said to him: What I do, thou knowest not now; but thou shalt know hereafter.	respondit Iesus et dicit ei quod ego facio tu nescis modo scies autem postea	Respondit Iesus et dicit ei: quod ego facio tu nescis modo, scies autem postea.
Jo. 13:8	Peter saith to him: Thou shalt never wash my feet, Jesus answered him: If I wash thee not, thou shalt have no part with me.	dicit ei Petrus non lavabis mihi pedes in aeternum respondit Iesus ei si non lavero te non habes partem mecum	Dicit ei Petrus: non lavabis mihi pedes in aeternum. Respondit ei Ihesus: si non lavero te, non habebis partem mecum.
Jo. 13:9	Simon Peter saith to him: Lord, not only my feet, but also my hands and my head.	dicit ei Simon Petrus Domine non tantum pedes meos sed et manus et caput	Dicit ei Simon Petrus: domine, non tantum pedes meos, sed et manus et caput.
Jo. 13:10	Jesus saith to him: He that is washed needeth not but to wash his feet, but is clean wholly. And you are clean, but not all.	dicit ei Iesus qui lotus est non <b>indiget ut lavet</b> sed est mundus totus et vos mundi estis sed non omnes	Dicit ei Ihesus: qui lotus est non <b>indiget nisi ut pedes</b> lavet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes.
Jo. 13:11	For he knew who he was that would betray him; therefore he said: You are not all clean.	sciebat enim quisnam esset qui traderet eum propterea dixit non estis mundi omnes	Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum, propterea dixit: non estis mundi omnes.
Jo. 13:12	Then after he had washed their feet and taken his garments, being set down again, he said to them: Know you what I have done to you?	postquam ergo lavit pedes eorum et accepit vestimenta sua cum recubisset iterum dixit eis scitis quid fecerim vobis	Postquam ergo lavit pedes eorum et accepit vestimenta sua, cum recubisset iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim vobis?
Jo. 13:13	You call me Master and Lord. And you say well: for so I am.	<b>Canon 116: III</b> vos vocatis me magister et Domine et bene dicitis sum etenim	Vos vocatis me magistrum et dominum, et bene dicitis, sum etenim.
Jo. 13:14	If then I being your Lord and Master, have washed your feet; you also ought to wash one another's feet.	<b>Canon 117: X</b> si ergo ego lavi vestros pedes Dominus et magister et vos debetis alter alterius lavare pedes	Si ergo ego lavi pedes vestros dominus et magister, et vos debetis alter alterius lavare pedes.
Jo. 13:15	For I have given you an example, that as I have done to you, so you do also.	exemplum enim dedi vobis ut quemadmodum ego feci vobis ita et vos faciatis	Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis.
Jo. 13:16	Amen, amen, I say to you: The servant is not greater than his lord: neither is the apostle greater than he that sent him.	<b>Canon 118: III</b> amen amen dico vobis non est servus maior domino suo neque apostolus maior eo qui misit illum	Amen amen dico vobis, non est servus maior domino suo neque apostolus maior eo qui misit illum.
Jo. 13:17	If you know these things, you shall be blessed if you do them.	si haec scitis beati eritis si feceritis ea	Si haec scitis, beati eritis, si feceritis ea.
Jo. 13:18	I speak not of you all: I know whom I have chosen. But that the scripture may be fulfilled: He that eateth bread with me shall lift up his heel against me,	<b>Canon 119: X</b> non de omnibus vobis dico ego scio quos elegerim sed ut impleatur scriptura qui manducat mecum panem levavit contra me calcaneum suum	Non de omnibus vobis dico: ego scio quos elegerim, sed ut impleatur scriptura: qui manducat mecum panem levabit contra me calcaneum suum.
Jo. 13:19	At present I tell you, before it come to pass: that when it shall come to pass, you may believe that I am he.	amodo dico vobis priusquam fiat ut credatis cum factum fuerit quia ego sum	A modo dico vobis priusquam fiat, ut credatis, cum factum fuerit, quia ego sum.
Jo. 13:20	Amen, amen, I say to you, he that receiveth whomsoever I send receiveth me: and he that receiveth me receiveth him that sent me.	<b>Canon 120: I</b> amen amen dico vobis qui accipit si quem misero me accipit qui autem me accipit accipit eum qui me misit	Amen amen dico vobis, qui accipit si quem misero me accipit, qui autem me accipit accipit eum qui me misit.

## Section 28

### Canon 121: IIII

Jo. 13:21 When **He** had said these things, he was troubled in spirit; and he testified, and said: Amen, amen, I say to you, one of you shall betray me.

cum haec dixisset **Iesus** turbatus est spiritu et protestatus est et dixit amen amen dico vobis quia unus ex vobis tradet me

Cum haec **dixisset, turbatus** est spiritu, et protestatus est et dixit: amen amen dico vobis, quia unus ex vobis tradet me.

### Canon 122: I

Jo. 13:22 The disciples therefore looked one upon another, doubting of whom he spoke.

aspiciebant ergo ad invicem discipuli haesitantes de quo diceret

Aspiciebant ergo ad invicem discipuli haesitantes de quo diceret,

### Canon 123: III

Jo. 13:23 Now there was leaning on Jesus' bosom one of his disciples, whom Jesus loved.

erat ergo recumbens unus ex discipulis eius in sinu Iesu quem diligebat Iesus

Erat autem recumbens unus ex discipulis eius in sinu Ihesu, quem diligebat Ihesus.

Jo. 13:24 Simon Peter therefore beckoned to him and said to him: Who is it of whom he speaketh?

innuit ergo huic Simon Petrus et dicit ei quis est de quo dicit

Innuit ergo huic Simon Petrus et dicit ei: quis est de quo dicit?

Jo. 13:25 He therefore, leaning on the breast of Jesus, saith to him: Lord, who is it?

itaque cum recubisset ille supra pectus Iesu dicit ei Domine quis est

Itaque cum recubisset ille supra pectus Ihesu, dicit ei: domine, quis est?

Jo. 13:26a **To whom** Jesus answered: He it is to whom I shall **offer** bread dipped.

**respondit** Iesus ille est cui ego intinctum panem **porrexero**

**Cui** respondit Ihesus: ille est cui ego intinctum panem **porrexero**.

### Canon 124: X

Jo. 13:26b And when he had dipped the bread, he gave it to Judas Iscariot, the son of Simon.

et cum intinxisset panem dedit Iudae Simonis Scariotis

Et cum intinxisset panem, dedit Iudae Simonis Scariothis.

Jo. 13:27a And after the morsel, Satan entered into him.

et post buccellam tunc introivit in illum Satanus

Et post buccellam tunc intravit in illum Satanus.

### Canon 125: X

Jo. 13:27b And Jesus said to him: That which thou dost, do quickly.

dicit ei Iesus quod facis fac citius

Dicit ei Ihesus: quod facis fac citius.

Jo. 13:28 Now no man at the table knew to what purpose he said this unto him.

hoc autem nemo scivit discumbentium ad quid dixerit ei

Hoc autem nemo scivit discumbentium ad quid dixerit ei.

Jo. 13:29 For some thought, because Judas had the purse, that Jesus had said to him: Buy those things which we have need of for the festival day: or that he should give something to the poor.

quidam enim putabant quia oculos habebat Iudas quia dicit ei Iesus eme ea quae opus sunt nobis ad diem festum aut egenis ut aliquid daret

